



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXXV. Iter militare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

*A statione
cessisse ca-
pitale.*

cessisse nisi magnâ vi abriperentur. Ita Polybius, Suidas. Et Suetonius in Aug. Centuriones statione deferta, iudem vt manipulares capitali animaduersione puniunt. Caput erat tesserarum cauta distributio.

*Tessera ma-
gna.*

8. Quanta cura sit habenda tessera Pammenes docuit. Postquam enim cum paucis conclusus, euadere non posset, è castris hostium per transfugam tesseram cognouit, eaque fiduciâ, per media castra suos duxit, multique hostium caesis euasit.

9. Tesserarum ratio vetus diuersa à nostra est, tabella signabatur, & ante tenebras referebatur; interdum vtilia mandata eo ordine nunciabantur, nunc tantum enunciantur signa, Tribuni à duce, tesserarum à Tribunis accipiebant.

10. Manipulus ad prætorium noctu excubabat, tres vigiliæ deinde, ad quæstorem vna, ad Tribunos binæ instituuntur noctu.

11. Velites vallum complent, paræ quoque vigilibus tesserae dantur.

*Circum-
tiones seu-
ra.*

12. Nihil seuerius circuitionibus. Equites circumibant noctu, interdum in periculo Tribuni, & ipse Imperator. Vigiliæ aliquando sine intermedio spacio constitutæ sunt, postea circumierunt & centuriones. Tadem proprium officium fuit eorum qui circutores vocati. Qui primus in Turma decurio erat, hoc munus obibat.

His scripto designabat Tribunus, quotam vigiliam, & quot obire oporteret. Cum amicis circumit, delinquenti in nocturnis excubijs militi, aut circutori, fustuarium pœna est.

13. Diligens cura excubiarum, tintinnabulis certo ordine, eodem tempore pulsatis exigitur. Alcibiades cum suorum negligentiam in excubijs timeret, imperauit, vt cum ex arce lumen ipse ostensurus esset, omnes lumina attollerent, pœnas daturum, qui neglexisset, dum ergo ad hoc signum intenti vigilantes, periculum vitarunt.

14. Paulus Æmilius vt diligentius peruigilaret, inermes excubare iussit. Plutarchus in Paulo.

15. Omnes aduenæ interrogandi, vt de exploratoribus constet.

16. Vigilia nostra prima est à solis ortu ad meridiem; secunda ad occasum; Tertia ad mediam noctem; quarta ad ortum, his obeunt ordinarie eas magistri excubiarum, interdum duces, & quibus illi committunt.

17. Si noctu hostis inuadat, classicum canunt excubitores, & indicant vnde veniat; Excubitores se iungunt, & hostem expectant. In ducis deinde custodia classicum canitur.

18. Crebra admonitione assuefaciendus exercitus, vt nulla res, nulla voce audita moueatur, nisi à ducibus, præfectisque, perficiatur. Id vero vel maxime noctu cauedû, quia illud repus maxime terroribus obnoxius est.

CAPVT XXXV.

Item militare.

§.1. **V**ETERVM iter militare duplex fuit, vt monet Polybius. E castris suis discedit hunc in modum. Cum primum signum datum est, tabernacula sua dereliquit, & sarcinas componit omnes. Sed nec detrahare, nec constituere cuiquam tabernaculû fas, priusquàm Tribunorum & Imperatoris erigatur, deponaturue. Cû vero secundum signum sonuit, imponit sarcinas iumentis. Cû tertium, procedere oportet primos & mouere tota castra. Ad primum aut agmen plerumque ponunt Extraordinarios. his succedit sociorum cornu dextrum. Post istos sequuntur iumenta prædictorum. Horum agmini succedit & consequitur Romana prima legio, à tergo habens vala sua & impedimenta: tû secunda legio, quâ subsequuntur iumenta sua, & sociorum item impedimenta, qui ad tergum locati sunt. VI-

tinum enim in agmine est sociorum cornu sinistrum. Equites porro interdum à tergo sunt, quisque suæ parti, interdum ad latera iumentis ad equitat, continentes & coercentes ea & securitatē item præstantes. Cû aut suspicio à tergo est, reliqua quidem eodem modo atque ordine manent, ipsi tantum Extraordinarij fronte tergum curant, eoque traduntur: alternis aut diebus altera legio, & alterum cornu præcedunt, eademque rursus sequuntur. Vt comodi scilicet. quod ex aequatione aut pabulatione integrâ & illibata euenit, æqualiter omnes participes fiant, mutantes semper ordinem, vt alternatim primi incedant. Vtuntur & alio genere agminis temporibus intutis, cum patentes habent locos. Ducunt n. triplicem phalangem siue aciem æquidistantem, Hastatorum, principum, Triariorum, iumenta primorum manipulorum omnibus præponentes; post aut primos manipulos, iumenta secundorum; post secundos, tertiorum: atque hoc modo semper alternatim iumenta collocantes. Ita agmine constituto, si quid hostile incidit, aliâ ad scutum inclinantes, aliâ ad hastam, producunt manipulos ex iumentis & impedimentis in hostium aspectum. Ceterum breui tempore armorum corpus accipit pugne ordinē: nisi quod euoluere Hastatos oporteat, & iumenta, ac subsequenter ijs multitudinē habere conuenientem locum ad discrimen. Cum verò appropinquauerint vbi castra ponenda, præeunt Tribunus & Centurionum illi, qui ad hoc munus semper electi sunt. Crebro ista mutata, occasione locorum, hostium, auxiliorum. Joseph. l. 5. belli Iud progredientem in hostilem terram Titum præbant regia auxilia & omnes sociales copiae: ac post eorum armatos ipse Titus, cum alios selectos, tum lancearios (siue speculatores) habens, post ipsum equites legionum, qui machinas anteibant: & post has, vnâ cû selectis Tribuni & cohortium præfecti, secundum istos, circa Aquilâ signa, & ante eam, Eneatores, post istos ipsa phalanx (siue legionum agmen) senum virorum ordinibus dilatata, seruitia autem & Calones cuiusque legionis retro eam, & ante ipsa iumenta. Vltimi vero omnium, Mercenarij, eorumque custodes, Vragi, siue agminis coactores.

Exercitum in duas partes fere hodie diuidit, priorem vocant vltimo iam vocabulo, Auangardi, posteriorem Retroguardi, cum maior est multitudo addunt mediam, quam appellant Bataillon; ita peditatus diuiditur, equites alio modo partiuntur periti duces. Quâvis aut eodem modo fere semper castra ponerent, tñ habuerunt, qui præirent, quia postea metatores dicti, Sili: *Bolanus sustinuit a comoda quærere castra.* Nostorum in itinere omnia melius constituta sunt, maxime ob curuum multitudinem.

Loco ignoto ducibus, transfugis, & interdum vinctis utebantur: nota erat eos recta ducere, si consentientia loquerentur.

§.2. Itinerum, cum in propinquo est hostis, maiora sunt, quam aciei, pericula. Hoc igitur agendû, vt perfectio aciei sit quam similima. In acie oēs animis, corporeque armati sunt, locus cognitus, hostis ante oculos: contrarium in itinere contingit, quocirca ita instituendum est, vt cautissime omnia caueantur.

Primum igitur est itinerarium omnium regionum, inquit Veg. l. 3. c. 6. Miserandi olim Franci, qui contra Fredegundem ducebant, vt ne in proprio quidem regno vias explorarent; Fredegunda n. triplicem frondium ordinem exercitui præmisit, cum tintinnabulis, vt hostis in syluam, & pascuentia iumenta incidere se arbitratetur, lux enim adhuc maligna erat. alio modo Graecus suos attentos esse coegit. Vigilantiam enim Diocles insigni artificio excitauit; nam cum sine ordine incederent, tesseram saepe commutauit, itaque adesse hostem suspicati, instructa acie proficiscebantur.

§.3. Ratio itineris fere est, quæ aliarum rerum bellicarum,

*Triplex ag-
men.*

*Locorum
exploratio.*

Itinerariū.

*Iter igno-
rum.*

licarum, ut aliud faciat, aliud hosti facturus videatur. Agesilaus cum Thebani in angustiis exercitū impediri viderentur, ad mœnia Thebana duxit, illi solliciti abscedunt, Agesilaus nullo obstante per angustias euadit. Egrege Pericles intra abruptos montes compulsus, cum duo exitus essent, ab altera parte fossam ingentem duxit, velut hostes auersurus, ad alteram militem egit, tanquam perrupturus, ad quam partem cum hostes vniuersi conuenissent, arbitrati eam fossam non transiturum, ipse proiectis pontibus quos fecerat, fossam quietus transiit. Summa est: necesse est hostem facienda nescire. Alexander scalas in Olsā effecit, & cum Thessali angustias tenerent isthac transcendit. Pompilius arenā tritas vias obruebat aut suffodiebat, nouas parabat.

Nō adeum-
daterra
hosti nisi de
receptu sit
prospectū.

§. 4. Cum prouincia quāpiā inuaditur, omni modo agendum, ut initio locus aliquis occupetur, & muniat, ut in eo pedem firmare, & ad alia se extendere possit. Hoc nō modo vtile, sed caput rei quōdammodo est. Nam in illum locum agri, commeatus, praeda deponi possunt; deinde si supplementa mittantur, habent quo se recipiant. Tercio hosti damnum infertur, & auctoritas minuitur, putantq; se captiuos, dum munito aliquo loco se tuerent. Deniq; si praelio vincatur, tutum receptum habet. Ante annos quindecim cum subito Rhenum Ambrosius Spinola traiecerat, cum nihil pacati haberet in ea prouincia, & Bercam hostis munierat, quod obsidionem expectarent, Rhenum ponte iunxit; & munitiones temporarias excitauit, ut in omnia paratus esset, quare hosti ut inopina, ita tristissima fuit. Spinolæ vero cōmoda; nātūro sic a flumine recedens Lingam aliaque vrbes celeriter occupauit, postea cum Bercam in potestate haberet, munitiones priores diruit, potemque dissoluit. Nec alia mente Comes Bucquius in Bohemia tāta industria, & fortitudine Budeuicium tenuit, ut si maiore exercitu totam Bohemiam occupasset, haud maiorem gloriam cōsecutus esset. Quin ipse Spinola postquam Wesaliā occupauit, eam operibus praelioq; muniuit, plurimū in eo positum arbitrat, quod fedē belli, Rheno Lupiæq; cōtinendo cōmodam haberet. Curruum vsus est in itinere & praelio, sed ut iungatur & valli instar sint, per trabes & catenas ne tū solēt, eis si bombardæ minores, quas vsus militaris falconetas appellat, imponantur, hostem arcent, tutissime tergum & latera claudunt, a duobus equis trahi possunt. Vsus est magno cōmodo in Belgio Albanus, & Turcæ semper vitūtur. id vtilissimum putat, si plures eiusmodi currus sequeantur, & latera tegerent, quorū quisq; octona, vel dena tormenta veheret, q̄ duplo maiora essent mosquetis, haberentq; magistros eodem in curru, his enim nulla armatura resisteret, & multitudine hostem arcerent.

Curruum
usus.

Equites in-
itia.

§. 5. Equites si præeant magnam partem, sunt veluti exploratores, ita tamen ut etiam in postremo agmine sint nonnulli. Equites etiam initio collocat Vegetius, recto consilio, quia facile recipere, & agmini se iungere possunt.

Via hosti
obstruenda.

§. 6. Interdum coguntur in itinere ut pugnent, cum euadere alio modo nō possunt. Agesilaus cum videret socios tergiversari per angustias profectus Lacones præire iussit, socios sequi, eos hostis inuasit, & fortiter pugnare coegit; dubia sine dubio alea illa fuit; quid enim si socii se hosti iunxissent? Polyæn. l. 2. Eodem modo etiam sanguinis sociorū largus fecit Leucon. Heracleotis namque egrediētibz ē naui cum armatis opposuisset, eos qui erant in subsidio, iussit occidere socios, nisi hostem egressu arcuissent. Cum hostis insequitur obstruenda arte via est, donec in tutum euadas. Pompeius omnes vias ad portum Brundisium ferentes obstruxit, deinde dispositis sagittariis exercitum deduxit ad naues, sagittarij per itinera

nota secuti scaphis ad nauigarunt ad classem.

§. 7. Per aestu osam regionem iturus Iphicrates noctu proficiscebatur, iussis militibus capere aquam in duos dies.

Cura profi-
cientis.

§. 8. Mihi omnia consideranti militia hodierna accuratior videtur, & ad cauendum circūspectior. Hæc enim ratio itineris seruatur. Qui expeditionem suscipit, dum cum exercitu proficiscitur, alium colligere debet. si enim vincat, facile victoriam persequetur, aut recens lectum militem dimittet, si vincatur, fæderatos, subditosque in officio continebit, & fructum praelij victori eripiet. Nunc peculiariis magistratus; qui ductorum & cursorum, atq; eorum qui viam, locaq; circum explorant, curam gerit. Magister machinarum tormenta, atq; ad illa pertinentia ordinat, cui subsunt cunicularij, æquādis viis, ubi ita vsus est. Præpositus supremus cōmeatus curam habet, proprium est illi vexillum, ut inueniri facile queat. Iter ita fere suscipiunt, ut exploratis viis, missisq; præcursoribus, procedat prius agmen, cui in periculo quædam tormenta campestria adduntur. Deinde tormenta sequuntur hoc ordine. Antecedunt curus onusti, palis, sarculis, ligonibus, omnibusque fossorum instrumentis. deinde minora maioraq; tormenta sequuntur, & pari modo fabrorum instrumenta, post quæ plumbum, & puluis, funes, & horū quasi præsidia lancearū, & bombardarij equites, quos claudunt curus, quibz globi vehuntur. Curus demū Magistri machinarū, omniaq; ad machinas pertinentia, & cōmeatus, & ut vocant hospitale, agros etiam & saucios curibus deuehunt. Ducis deinde curus & impedimenta vehuntur. Denique milites reliqui ordine, quo pericula & locorum situs requirit. Dux autem in medio collocatur, tum ut tutior sit, tum ut facilius ad oēs partes discurrere, & mādāta mittere possit. Inter primos tamen aliquando ducem esse necesse est, ut narrat se vidisse Mendoza; cum enim sciret dux se queri, & hostem præmanibus esse, festinauit, & locum pugne idoneum delegit, & ante quam vltima pars aduenisset sese cōmuniuit, atq; aciem disposuit, vicitq;.

Explorato-
res.

Præcursor-
res.
Ordo ag-
minis.

Machina.

Commea-
tus.
Hospitale.

Medio Dux
agmine.

Interdum
initio.

Equitum
numerus
cognoscen-
dus.

Custodia
viarum.

Transitus
fluminum.

In mōre non
ponenda ca-
stra.

Pagi.

Castra post
iter.

Excubia.

Equitatus cum se diffudit, atq; deinde an sub pedibus tenebrę, an lux sit; si tenebrę sunt, profunda est acies, si lux, sola frons est. si ex altiore loco conspiciatur, facile de toto numero coniectura erit. Cum in itinere via diuersa occurrunt, custodiri solent, donec impedimenta transferant. si syluam transeant, eam præmissis scopetariis inident, ut iter tutum sit. Vix hodie flumina transire possunt, nisi stratagemate, & furtim, nam bombardis vii in flumine vix possunt. In montibus castra ponere consilium nō est, quia facile cōmeatus impeditur, in campo fere amnis, aut sylua, aut collis, aut palus cōmodo est. Prouerbiū militare est. Nullam esse opportunitatem, ubi est alia melior, præcipua ergo inquirenda est. Locus castrorum metandorum est cōmodissimus, ad quem difficilis est accessus, facilis discessus. Equitatum ita collocant, ut non videantur munitiones, donec opus perfectum sit; si pagi intra castra sunt, non oportet in ædibus habitare milites, facile enim clam inuaduntur, & incēduntur. Verum huic rei facile attenditur. Cura castrorum ingens est, cū ea ingrediuntur, cōsistunt primi agminis oēs in ordine, donec mediū agmen ingreditur, mediū agmen cōsistit donec impedimenta omnia intrarint, tum omnes ad corporis curam vertuntur, exceptis excubiis. Excubiæ disponuntur, quæ putatur, vel vi vel dolo hosti accessus esse. si ad syluam vel dumeta castra sunt, multi procubitores collocandi sunt, ut remotiores moneant alios per ordinem, omnia Duci indicentur. Excubiaram hodie lex est ut consistant, donec vi pellantur, non pugnent, etsi fortiores, si impugnentur se tueantur, & suis omnia indicent, si in feriores se videant, seruatis ordinibus retro cedant.

Cum

*Pabulato-
res.*

*In periculo
excubia.*

*Explorato-
res.*

Cū multis locis inuadere hostis potest, multae for-
tesq; excubiae constitui debent. Hinc apparet, quā ca-
stra munita esse oporteat. Pabulatoribus praemitti so-
lent equites, qui eos tueantur. Cum periculum est tertia
pars exercitus excubat, & in extremo discrimine dimi-
dia; inter ordinarias excubias, etiam extra ordina-
rias collocant, quas paruas vocant, & duplices procu-
bitores ordinant, ut vndiq; securitati sit prospectum.

Interdum prope hostium castra collocant equitū
excubias, quas ob periculum vocant perditas. Noctu
emitti solent exploratores, illis tessera non datur, ne
si capiatur aliquis, hosti indicare cogatur; si noctu re-
deundum est, miles vnus praemittitur ad procubitores,
qui excubitorum praefecto id indicat, redire ex-
ploratores, ille duci indicat, ingressurus in castra co-
mes additur ex eis, qui tessera nouit, ut inmittatur.
Idē seruari solet inter diu, cum redeunt peregre equi-
tes, ita ut maior sit cura iam excubiarum, quā olim; &
fane dum oīa cōsidero, quā quilibet inter milites no-
tare pōt, valde video prudētā bellicā indies creuisse.

§ 9. Id magnopere notandum: Errare qui regionē
aliquā ita fluminibus, syluis, montibus, aliisq; reb. mu-
nitam putant, ut hostis intrare nequeat. Moses per
serpētib. inuias arenas, ductu ibidem exercitū egit.
Hannibal acetō fregit Alpes, nū-
per obfessa, & negata via in Bohemiam pertulerunt.
Bohemia nostra itaque testis est, vno anno toties via
ad aperta est ad eam infestandam. Itaq; venienti ho-
sti resistendum est armis; cetera eum transmittunt.

§ 10. Tueri sese oppositis ad tela captiuis olim fre-
quens fuit. Aemilius Paulus, cum in Lucanos exerci-
tum duceret, atq; a Tarentina classe scorpionibus pe-
teretur, latera suorum captiuis prae texuit. Idem ex
Phrygia veniens Agesilaus Lacon fecit.

CAPVT XXXVI.

Fluminum transitus.

§ 1. QVATVOR modis flumina transeunt exerci-
tus. Ponte, naui, deducēdo in riuos flumine,
natatu. Nā si vado transire licet, noua arte nihil opus
est. Tū solūmodo aduertēdum est, ne tenuem riuum
noctū hostis obstruxerit, ut intumescēte vnda me-
abilis nō sit, q; in obsidione Ostēdana Batavi praesidia-
rij fecēre. alterum periculum est, si murices proiciāt,
qui facile turbata aqua fallunt.

§ 2. In fluminibus itaq; grauis est molestia, Vēg. l. 3.
c. 7. Difficile est, in quā, cum hostis est in propinquo;
nam pontem facere maioris est laboris; Naues facile
repelluntur, tormentis, fixis sudibus, nando transire
hodie vix licet; quamuis Catolo 5 Albim quidā Hi-
spani transauerint. Verum occasionem illis dedit
pauor hostilis, si enim vel quini equites ad ripam fu-
issent, repellere venientes poterant.

§ 3. Tota igitur ars in eo consistit, ut alio transito-
ros se simulent, alio transeant. Labienus in transgres-
su fluminis vno in loco remis strepitum fecit, ut per-
transire videretur, dumq; hostis sese cōparat, alio loco
transiit; id quoq; fecit Sinan Bassa an. 1594. cum enim
pluribus locis se Danubium transitorium simulasset, v-
no in loco transiit, remoto à castris Christianorū, &
simul partem impedimentorū illis eripuit. stolide o-
mnino Tartari. an. 1594. Danubium transierunt vna
manu caudam equi tenentes, altera gladium, sed caeli
sunt cum transissent; periculo sū illud est; quia equi fa-
cile grauantur, & si periculum sentiant, calcitrant.

§ 4. Impetum fluminis equis, vel elephantis sistere
solebāt. Caesar equites supra in frāq; disposuit, ut im-
petum fluminis frangeret. l. 1. belli ciuilis. Reliquas legi-
ones expeditas educit. magnosq; numero iumentorum in flumi-
nem supra atq; infra constituto, transducit exercitum. Hanni-
bal in Pado elephantos disposuit.

§ 5. Glaciem transire caute oportet, paleam super

*Flumina
disimula-
tione trans-
eunt.*

*Impetum
fluminis si-
stere.*

*Glaciem ho-
nes expeditas
educit. magnos
numero iumen-
torum in flumi-
nem supra atq;
infra constituto,
transducit exer-
citus. Hanni-
bal in Pado ele-
phantos disposuit.*

ipsam sparge, aquam affunde ut concresecat, ne in lu-
brico iumentis aut milites cadant; sic Julius Secundus
Eridanum transiit. Tartari Istrum congelatum transi-
re formidabant, itaq; botum multitudinē cum taber-
naculis reliquerunt, & quasi metuentes redierūt, Vn-
gari qui ex altera parte erant armenta transduxerunt; q;
vbi didicissent illi, cognito exercitum transire posse,
secuti sunt, & Vngariam vastarunt. Fulg. l. 7.

§ 6. Datames curribus imposuit curius, ad cantos
vero tabulas affixit, ne nimium limo mergerentur, vi-
ros valentissimos cum iumentis tranare iussit, qui
eos traherent, atque hoc modo exercitum traduxit.
Faciliori tamen modo rates compingi possunt. Ponti
disturbando incensas naues immittere solent, cuius
rei nunc est summa occasio, egregie ad Antuerpiam
ea arte vsi sunt, nec duabus in castrum cedentibus, de-
sierunt, Tertia ingens damnum dedit.

§ 7. Quia difficillimū est flumina transire, id cisco
plurima in eo labore stratagemata inuenta sunt. Auto-
phradates dum Pisida angustias incolae custodiunt,
alio loco traiectionē molitur, quo cum illi occurrūt,
noctu occupatis angustis exercitū traducit. Pompei
exercitum pduxit, & reduxit sepius in castra, quo fa-
cto cū hostis se ludificari putaret, negligēs factus est,
& Pompeius subito impetu transiit. Alexander, Xeno-
phon, alio loco traiectionē simulant, alio transiuerūt.
Iucūdo stratagemate Lacones per dispositā Cartha-
ginensium clasē Syraculas nauigarunt; decem naues
Punicas habebāt captiuas, eas veluti victrices, primas
agi, à latere iunctis, ac puppe religatis alis, qua specie,
deceptis Pœnis, transierunt. Operosus transitus Sertorii
fuit; nā vallum per modū lunae cauē duxit, materiaq;
cōpleuit, & incēdit, sicq; hostes excludit, sed opus fuit
multa materia, ne disiectis ignib. hostis inuadat. nunc
facilius arceri possūt, ob pericula pulueris nitrati in-
cendendi. Idem quoq; Pelopidas Thebanus fecit. Et
inter duos mōtes Herculeius Sertorii legatus. Hanno
clausus locum eruptioni cōmodum aggestis leuib.
materiis incēdit, hoste ad ceteros exitus auocato per
flammas exiit, ora scutis, crura veste militibus tectis.
Q. Luctatius Catulus cum fluminis ripam hostis oc-
cuparet, nec transire posset, finxit se castra colloca-
tū, q; verum credentes Cimbri, ipsi quoq; idē fece-
runt, quibus lignatū ac pabulatū pteclis transiit, & ca-
stra eorū infestauit. Crassus cū Halim transire nō pos-
set, fossā post tergū exercitū duxit, eo flumiū deriuauit.

§ 8. Necessitas multa saepe adinuenit. Metellus cū
naues ad transportandos in Siciliam elephātos deef-
sent, iunxit dolia, & tabulamentis construxit. Hanni-
bal elephātorū sub aurem à milite vulnerari iussit, eūq;
flumiū tranare, quem vindicta cupida bellua est in-
tecuta, reliquis idem audēdi exemplum fecit. alioqui
vi nulla poterant cogi elephantes ut transirent.

§ 9. Hoc quidem generale est, ut quā non expecta-
tur, iriūpant; verum egregia est hac in re & necessaria,
industria. Scipio apud Carthaginē irrupit secutus æ-
stum maris Deum ducem sequi se significans. Ab aliis
exemplū cape, ut flumina transeas, nā quicquid solo
fit minus est, eo q; per vndas transigitur. Marius per
montem confragosum milites in castellum immisit.
Tu per vortices tentabis, Josue positus insidiis ad urbē
Hai, cū fugerent milites, urbem per eos qui in insidiis
collocati erāt, occupauit. Id multis in oppidis Lucius
Corneli⁹ imitatus est in Sardinia, Cato in Lacetanis,
Lucius Scipio in Sardinia. Hannibal ad Hymeran &
Saguntum Himilco ad Agrigentum. Viniatus ad Se-
gobrigā. Barca ad Lilybæū, Scordisci ad Heracleam.
Alia parte classicū canunt, alia inuadunt; sic Alcibia-
des Cyzicum, Pericles Peloponnesiorum castellum,
Thraſybulus Milesios, Antiochus Ephesū occupauit.
Omnia ad flumina, portus, paludes, maiorem & ne-
cessitatem, & occasionem praebent. Fases alii de can-
nis &

*Curribus
impositi cur-
rus.*

*Necessitas
artis est ma-
ior.*

*Deriuare
flumen.*

*Dolia iun-
gere.*

*Per insidia
eundem.*